

tello crebre transversim ruguloso-strigoso, hemielytris subtiliter punctulatis; antennis ochraceis, articulo secundo margine basali corii circiter $\frac{1}{3}$ breviore, ima basi dimidioque apicali nec non articulis ultimis nigro-fuscis, his basi anguste albidis; femoribus basi annulisque apicalibus femorum anteriorum duobus, posticorum tribus, tibiis annulo basali et medio nec non apice, tarsis apice articuli ultimi nigro-fuscis. Long. ♀ $6\frac{3}{4}$ mm.

Lygus fatuus Leth., Ann. Mus. Civ. Nat. Gen. XVIII, 1883, p. 749, 36!

Scioa, Giagaguè!, m. aprilis—junii, D. Antinori (Mus. civ. Genov.).

Species pubescentia hemielytrorum argentea in maculas collocata, colore tibiarum et praecipue vertice etiam feminae valde angusto insignis. Corpus feminae sat late ovale. Caput basi pronoti $\frac{3}{5}$ angustiore, fronte valde declivi, clypeo perpendiculari a fronte impressione leviter discreto, genis humillimis. Oculi fusci, maximi, orbita interiore infra medium profunde sinuata. Antennae in sinu oculorum insertae, articulo secundo primo fere duplo et dimidio longiore, tertio primo vix longiore et latitudine capitinis (cum oculis) saltem $\frac{1}{3}$ breviore, quarto tertio $\frac{2}{5}$ breviore. Pronotum latitudine basali circiter $\frac{2}{5}$ brevius, basi quam apice fere triplo latius, disco postico sat fortiter convexo. Scutellum apice albido. Hemielytra apicem abdominis sat longe superantia. Tibiae testaceo-spinulosae. Tarsi articulo secundo margine inferiore eodem primi parum longiore, tertio secundo aequve longo.

8. *Lygus abessinicus* n. sp.

Oblongus, pallide ochraceus, pronoto callis maculaque laterali utrinque mox ante angulos posticos, scutello vittis duabus latis parallelis, clavo margine scutellarri apice que, corio macula interiore prope tertiam apicalem partem suturae clavi maculisque apicalibus, cuneo apice, pectore maculis lateralibus, femoribus posticis annulo lato ante medium duobusque ante-apicalibus, tibiis omnibus extrema basi, posticis etiam